9 ¶ † Sed pone p̄duxi in cā tres testes: qui simul iurauerūt: simul deposuerunt simul iterrogati fuerūt: q̄ritur an valeat qđ: agit. ⁊ videt̃ q̄ sic: q: nō inuenit̃ p̄hibitū. ff. e. l. j. ergo vr̄ ꝯcessū. e. de trāsa. inter corporalia. C. de relig. ⁊ sump. fu. statuo. ff. ex q. can. ma. nec non. §. j. arg. ꝯ: q: vnū eundēq̄ p̄meditatū sermonē dixisse videnť: vt. ĩ. debēt eñi testes examinari secrete: vt. ĩ. in p̄n. hui⁹. §. ⁊ hoc veri⁹ est. vt ibi p̄bat. ¶ Itē diligenti⁹ iudex in arduis ⁊ grauib⁹ examinet quam in leuib⁹ ⁊ vilib⁹: q: circa maiora maius periculum vertiť: vt. xlij. distin. quiescamus. ff. de carbo. edict. l. primo. §. iij. ⁊ ideo in eis cautius est agendum [a] . vij. questione. ij. c. ij. lxj. dist. miramur. infaň. de ma. prin. in prin. §. sit tibi colla. iij. extra de procura. querelam. ⁊ diligentius examinet leues quā graues personas: vt. ĩ. versi. considerare. ⁊ arg. xlvj. di. sunt nōnulli. in fin. ¶ Sit etiam cautus: vt si viderit articulos esse p̄batos: testium refrenet multitudinem: caute tamen: 10 quod dic: vt. ĩ. §. restat versicu. pen. ¶ † Examinator quoq̄ fideliter se habeat in inquirenda veritate ne damnet animam suam: vt quidam faciunt: quia alteributus partie quam obtinere volunt: non querūt de causa scientie: ab aliis vero querūt: non solum de causa scientie: verum etiam de causa cause vt testes capiant in sermone: quod fieri non debet: nisi vbi sunt 11 suspecti. ¶ † Tabellio autem sic se habebit. nam scripsit titulis seu articulis hoc modo. FORMA. Anno ⁊ mense ⁊ die tali: talis articulos exhibuit. j. scriptos super quibus petijt testes suos interrogari. Articuli vero sunt hi. Intendit probare ⁊c. deinde recepto etiam sacramento testium: ⁊ die qua iuratum est scribat eorum depositiones hoc modo. FORMA. Anno mense ⁊ die talib⁹. P. testis iuratus super primo articulo sibi lecto ⁊ exposito quod incipit intendit p̄bare talis contra Titiū ⁊c. [b] dixit vera esse que in ipso articulo continentur. interrogatus q̄ro sciret respōdit q̄ interfuit electioni de illo facte in ecclesia bituricē. ⁊ etiam cōsecrationi eius: ⁊ q: vidit eum agere ⁊ contrahere vt ep̄m in rebus episcopalibus: ⁊ ab omnib⁹ pro episcopo haberi. ¶ Item super tali articulo q̄ sic incipit. sibi lecto ⁊ exposito dixit ⁊c. ⁊ sic super omnibus articulis interrogetur: vt predictum est: ⁊ querantur de causis, secundum formam interrogatoriorum. ĩ. §. proxi. positorum. responsiones qualescūq̄ fuerint redigant in scriptis sub predicta forma: quo facto alij testes eodem ordine super eisdem articulis eodem modo examineť et eorum dicta in scriptis si12 militer redigantur. ¶ † Et aduerte diligenter: quia vbi a teste de cā scientie: vel de circunstantiis aliquibus extra principalem articulum ex officio vel iuxta partis contra quam testis producitur interrogatoria querit: his verbis tabellio debet vti: requisitus vel interrogatus quomodo sciret: vel de hoc quomodo sciit respondit sic. ar. extra. eo. cū cām que. ⁊ c. ad hoc. libro. vj. alias incipit presentium. iiij. q. iij. §. in criminali versicu. item scrutiniū. respon. vbi vero super articulo principali deponet. tunc non vtatur his verbis: sed dicat. Talis iuratus super tali articulo sic dixit extra de probatio. tertio. naz hic nulla sit questio seu interrogatio: vnde non est necessaria responsio: sed solū p̄legitur testi articulus. vbi est certa facti positio sine assertio quam sequi debet dictum simplex vt. iij. quest. ix. puta. extra eo. quotiens. ⁊ c. cum in. ⁊ c. veniens. ⁊ capi. significauit. ⁊ c. cum clamor sine depositio: vt. c. [illegible] cum venisset, cum in tua. Albericus licet ex quadam. ⁊ c. presentiū. extra de probatio. quoniam contra: sine vitronea seneratio: vt extra eodem series. ⁊ [illegible] predicto capitulo tertio nō debet examinator super articulo p̄cipali q[illegible] rere vel aliquid facere p̄ quod testi[illegible] valeat informari: vt iam dictum. e[illegible] argumentum contra quod super e[illegible] debeat testis interrogari. extra eod[illegible] c per tuas. [c] ¶ † Ut autez hoc plenin[illegible] 13 dareat not. secundum Papam: ⁊ d[illegible] d ue. [d] quod in testium examination[illegible] quedam cōsideranda sunt circa examinationem testium: quedam circa examinatorem testium: quedam ci[illegible] ca ipsos testes: quedam circa eorum dicta. ¶ Circa examinatorem hoc a[illegible] tendendū est: vt sit prudēs ⁊ expert⁹ diligens ⁊ attentus fidelis ⁊ caut⁹. ¶ Prudens ⁊ expertus ideo dixi: v[illegible] prudenter ⁊ discrete attendat quod sit testis offm̄: que eius verba ⁊ ip̄i⁹ qualitatem ⁊ vultum. ¶ Officiū n[illegible] q̄ testis quod primo iudex attend[illegible] re debet est dicere plenam veritatem sine adiectione falsitatis super eo s[illegible] per quo p̄ducitur: ⁊ hoc iurat: quod dic: vt supra eo. §. sequitur. d3 aūt te[illegible] stis eā veritatē dicere sup̄ articlo su[illegible] q̄ inducit̃ quā quinq̄ sen sib⁹ p̄cipe e re pōt: scz visu: auditu: gustu: tactu 14 ⁊ odoratu. ¶ † De visu⁹ probatur s[illegible] pra. §. primo versi. item quod nō p[illegible] hibet: qđ fiet sic: si enim questio [illegible] ter aliquos: an aliquis rem aliq[illegible] tenuerit vel cuius coloris sit tun[illegible] testis deponere de visu: ⁊ dicet [illegible] ego vidi qđ. P. de facto tenuit ta[illegible] rem: nec est necesse vlteri⁹ q̄rere [illegible] scientie vel sui dicti cum iā reddi[illegible] rit eā: nec aliam bonā valeat assig[illegible] re: non tamen est inutile de alijs [illegible] cunstantijs querere ab eo: puta [illegible] eras q̄ñ vidisti: et q̄ñ audiuisti [illegible] qui erant tunc tecum: ⁊ de simi[illegible] hec tamen non sunt cause dicti s[illegible] circunstantie ad veritatem plen[illegible] indagandā. Si vero testis dicat [illegible] pliciter. P. tenuit de facto talez [illegible] nec dicat vidi: adhuc valet ei⁹ d[illegible] sine cause redditione prolatum [illegible] fuit de illa interrogatus: quod [illegible] vt supra. §. j. versicu. Item quod [illegible] terrogatus. ⁊. j. eo. versicu. viso [illegible] sumendum eñi est pro teste qu[illegible] iam reddidisset: si interrogatus [illegible] set prima questiōe septima san[illegible] sed nec ipse debet esse iudici [illegible] verbosus. ĩ. §. j. versicu. Item [illegible] est verbosus. Utile tamē est tu[illegible] ri de causa dicti fueram si dic[illegible] quod nullus dubitat: vel quia [illegible] 15 dicant. ¶ † Uel scio q: scio. in[illegible] cies cā est. vñ nō valet ei⁹ di[illegible] si dicit scio quia vidi tunc be[illegible]

idem quoque est quando queritur de colore. ideoque cecus nequit in talibus testificari. qui ibi non potest bona ratio per eum reddi nisi visu. quo sensu cecus caret. que dic. vt in pre. ff. leg. versicu. item quod non prohibet. et sequen. ¶ De auditu quoque is qui audiuit potest testificari. si enim queritur an quis habeat vocem altam vel submissam. et planam grossam vel gracilem bonam vel malam. hic reddenda est ratio de auditu. nec alia sufficiens esse potest. pot quoque reddi oratio de auditu. cum queritur de qua materia aliquis predicauit vel legit. vel concionatus est. idem etiam est quando queritur de venditione rei. vel de obligatione cuiuscunque alterius contractus inter aliquos initi. in quibus nulla sufficiens ratio reddi pot nisi de
16 auditu. ¶ † Nam si tunc diceret. scio quia vidi. falsum dicit quia vox vel sonus videri nequit. sed audiri sic. quamuis
a Aristoteles dixerit[a] quod voces alie albe. alie nigre. Idem etiam est de aliis sensibus. qui tali actui congruere nequeunt. hinc est quod omnino surdus quantumcunque oculatus et linguosus nequit de hoc testificari insti. de testa. §. testes. Sed in primis
b casibus in quibus non de auditu: sed visu causa queritur bene pot surdaster tamen qui difficulter audit. si non sit omnino surdus potest etiam in his testificari.
17 ¶ Quid de muto: non videtur quod aliquo casu possit ferre testimonium: vt in pre. §. testes. et C. qui testa. fa. pos. mutus. nisi forsan exemplo Zacha-
b rie[b] sciret literas: et per scripturam redderet testimonium: vel quia signa indubitata haberet per que ad plenum intelligi posset. C. eo. titu. discreti. ff. de lega. tertio. l. nutu. extra de sponsa. cum apud. et c. tue. ar. tamen contra quod testimonium nequeat per scripturam proferri. extra qui ma. accu. pos. a nobis quinta questione. §. relatum. iij. q. ix. testes. et c. carte. extra de coha. cler. et mu. tua. sed illa vera sunt in his qui fari possunt. extra de sponsa. tue. tunc enim de se loquatur de con. di. iiij. cum pro priuile. sed nec tunc sufficit nisi per iudicem examinentur qui considerare habet vocem testis et palorem: vt dixi.
c s. eo. §. versi. considerare etiam.[c] Si dices cum edictum de testibus prohibitorium sit: cecus: surdus: et mutus ex premissis admitterentur: quia expresse non prohibentur. ff. eo. l. j. respondeo prohibiti inueniuntur: vt in pre. §. testes. et ff. de testa. qui testamento. sed
18 et si non inuenirentur prohibiti. ¶ † habeo tamen veram et naturalem rationem qua impediuntur. ff. de iudicijs. cum pretor. §. non autem omnes. et talis ratio pro lege seruanda est. j. dist. consuetudo. insti. tit. de iur. nat. §. quod vero naturalis ratio. et scias quod quandoque testimonium dicitur de auditu proprio: quandoque de auditu auditus: que dic. vt in pre. ver. item quod non paribus. et sequen. ¶ De gustu etiam testis deponere debet: vnde si queratur de aliqua re: an dulcis fuerit vel amara: necesse habet reddere testimonium de sensu qui ei congruit scilicet de gustu. si ergo asserat rem talem esse nequit causam scientie reddere sufficientem nisi de gustu: vt dicat scio quia gustaui: nec aliquis aliorum sensuum hic aptus esse potest. vnde Job. xxxiiij.
b A. auris verba probat et guttur escas
19 gustu diiudicat. ¶ † De tactu quoque testimonium reddetur: vnde si queritur an res aliqua aspera sit vel lenis vel suauis vel mollis vel dura non potest reddi testimonium nisi de tactu. asperitas enim rei corporalis. vel suauitas non comestibilis: nec videri. nec audiri nec gustari nec odorari pot. hic ergo vtile est querere causam dicti que non est sufficiens nisi vna. vt dicat scio quod est aspera vel lenis. quia eam tetigi seu palpaui arg. xxj. q. iiij. ca. j. in fi. et ibi palpate et vi-
b dete[b] etc. ¶ De odoratu etiam testis deponit. vnde si queratur an aliqua res odorifera vel fetida sit hic non potest reddi causa dicti nisi vna scilicet de odoratu. vt dicat scio quia odoratus fui eam. xxiij. q. iiij. nebuchodonosor. i pen. extra de sacra vnc. c. vnico. §. ad exhibendum. pot tamen iudex ad circumstantias procedere et querere an alie res essent vicine. ex quibus malus vel bonus odor posset exalare: et an tempore quo odoratus fuit species esset ingurgitatus vino vel cibo vsque ad crapulam: vt sic potius ex seipso quam
20 ex speciebus fetor euaporaret. ¶ † Nam ex nimia ingurgitatione olet os. ff. de edil. edic. qui damnum. §. is cui. Utile est igitur talia et his similia hoc casu et precedentibus querere. nam non omnia membra idem habent officium: nec vnius officium est alteri attribuendum: vt lxxxix. di. singula: extra de here. cum ex iniuncto et laborabit iudex quibuscunque modis pot ad veritatem et falsitatem inuestigandam: vt supra. e. pri. §. Item de tempore. dumtamen congrua sint et pertinentia: et que possint negotio adaptari. extra de testi. ad hoc alias incipit presentium. libro sexto si tamen omittatur non minus valet dictum testis: vt supra versi. de visu.
21 ¶ † Debet ergo iudex seu examinator esse diligens. vt verba testis attendat et eius qualitatem. vt infra versi. visis. et seq. et vultum. vt supra. eo. §. ver.

a ¶ Dixerit. hoc dixit in libro topicorum et intelligit quod est vox clara et obtusa vel acuta vel grauior vt de. s. §. j. et s. ite quod non prohibet l si.

b ¶ Zacharie. luce. j. c.

c ¶ Uer. considerare etiam. dixit ergo albe. gal. e. ti. versi. pe. quod si testis scriberet dictum suum concludens et iurans sic esse prout scripsit non valeret testimonium. iij. q. ix. testes. v. q. ij. relatum. idem gof. eo. ti. an autem. et ho. e. ti. §. sn pro quibus ad fi. v. quid si testis scribat. et de hoc dixi eo. ti. c. de testibus in princip.

b ¶ Uidete etc. luce. vl. Adde quod testis deponens de visu debet deponere de visu corporeo et non mentali et reddere rationem ex inspectione intuitiua et non speculatiua bal. i. l. j. ff. de his que i. te sta. dele.
¶ Item adde quod testis interrogatus quare sciat et dicat quia videt eius dictum non probat bal. in. l. j. ff. de his que in testa. delen. l. ij. col. in prin.

consideraret locum: et tempus. causas personas et circunstantias. et alia que dic: vt. s. §. proxi. dixi: attendere debet etiam psumptiones: nam attestationes que nō valent qñq3 ratificantur per expressum cōsensum. et etiam per tacitum. ar. iiij. q. iij. versi. si quis testib⁹. licet aliud sit in substantialibus in lit. cōte. et si. extra de lit. conte. c. vnico. attestationes enim vires sumunt ex partium pactione. ita vt si alteutra partium opponat attestationes nō valere. quia nō sunt in hoc iudicio pducte. talem exceptionem tollet replicatio pacti. arg. ex. de testib⁹. veniens. ij. et. ff. de re iudi. si conuenerit. ff. cōmuni diui. iudicem. ff. de no. ope. nun. l. j. §. et post operis. et seq. et hac ratione cōsiderata dicunt quidā quod is cui cōmissa est testium examinatio potest eam alij delegare si partes expresse cōsentiant: vt tetigi. s. eo. §. qualiter autem. versic. hoc autem.

22 ¶ † Fidelis etiam et cautus dz esse: vt fideliter in scriptis veritatem redigi faciat: sicut pferetur a teste nihil mutādo vel detrahendo: et diligenter vulgare in latinum interpretetur: nec dicat testem dixisse credo: vbi dixit scio. vel econtra. s. §. j. versi. Item qd depo suit. et. s. eo. §. sequitur. prope prin. taliter enim poterit dictum testis in scriptis redigere qd aufert ius habenti: quo casu ad restitutionem obligabitur[a] extensiue ergo scribat: nec dicat talis dixit p omnia sicut primus: vt s. versi. cautum. ¶ Uiso q circa examinatorem cōsideranda sunt: sequitur videre q circa personas testium sunt attendenda: et quidem attendendum est an sit inimicus vel mulier vel minor vel infamis et sic de alijs que pōsse querere vt. s. §. j. non enim debet aliqd dicere odio vel amicitia vel timore vel prece: vel pretio: vt. s. §. sequitur. et §. j. versi. item q amore. circa eorum dicta etiam considerandum est: an aptam causam sui dicti reddant: vt. s. versic. vt aūt hoc. et seq. et. s. §. j. versi. item q non reddit.

23 ¶ † Quid ergo si quis petit fundū rei vendicatione: et testis qui iurauit super tota causa dicere veritatem dicat sic scio qd. P. est dñs rei petite. nūquid est sufficiens tale testimonium: respondeo nō: immo reus absoluetur: nisi actor aliud pbet: quia talis testis non reddit testimonium de facto: sed de iure qd ei non licet[b]: nec necessarium est cū ius certum et limitatum sit.

24 ¶ † Alius enī est testis iudex et aduocatus: et alius testis facti vt testis de quo hic loquimur. dz ergo testis interrogari qualiter scit quod actor sit dñs: et ex qua causa habuit dominiū. extra de si. instru. cum Ioan. et si responderit qd ex causa emptionis vel alterius cōtractus interrogetur a quo emit: quia nec omnes vendere possunt. xij. q. ij. alienationes. interrogetur etiam de quātitate precij: et an res fuerit tradita: qz sine rei traditione nō acquiritur dñium. insti. de rerū diui. §. per traditionem. et §. vendite. C. de pactis traditionib⁹: et an hoc vidit et presens fuit extra de cōsue. c. ij. et. s. §. j. ver. item q nō paribus et an in totū vel p parte et p quota parte emerit: et de multis alijs q occurrere possunt: vt. s. §. pri. ꝟ. in qn to.

25 ¶ † Item non bene dz vidi ipsum dñm esse: vt. ff. de interro. act. qz plerūq3.[c] verum tñ si testis dicit vidi qd talis gessit se p dño talis rei tanto tpe. intelligit qd sufficiat ad pscriptionē: bene pbat vtile dominium etiam si nō reddat causam: qz ab eo nō queritur. ar. C. de pscr. xxx. an. si qs emptionis. attendat etiā iudex: an testis dicat veritatem de his que. v. sensibus corporis percipi possunt: vt. s. dixi vñ non querat vt quidam faciūt an. P. sit dñs talis rei: et an sit iracūdus vel ebriosus: ad hoc enī et similia non tenetur respondere: nā sm papam et. d. m. nullo sensu corporis[d] apprehendi possunt qd. P. sit dñs alicui⁹ rei vel qd sit iracundus vel ebriosus. sed oculo mentis tñ. s. rōne: vt extra de sac. vnc. c. vnico. §. quia vero. et versi. in vertice hoc apprehendi potest: ipse et enī rō ex his que mediātibus corporis sensib⁹ apprehēdit. bene potest sm. P. ebriosum vel iracūdum vel dñm iudicare: ipse tñ non adducitur in iudicem sed in testem: nō iuris sed facti: ergo nō assumat partes aduocati: vt iam. s. dixi: quod si fecerit non preiudicat eius dictum: neq3 valet nisi vltra procedat vt vez sufficientem causam sui testimonij reddat sic dicens. Scio. P. dñm talis panni: quia vidi et presens fui qñ ipse emit lanā de qua fecit pannum. hoc enim casu probat dñm non ratione prime partis dicti sui: in qua dicit eum dñm quod videre non potuit: sed iudicare tantuz vt dictum est: immo ratione tantum secunde partis in qua dixit q vidit et psens fuit &c. vt. s. in qua reddit causam iustam et sufficientez sui iudicij: nec est malum si testis vel ratio bene et vere iudicat ex his que sensib⁹ corporis apprehendit: quod iudex cōcordet cum eo ex quo sufficientem causam reddit: aliter non: idem etiā sentias.

26 ¶ † Si sic dicat. Scio istum hominem ebriosum esse: quia fui cum eo multis annis conuersatus: et quolibet die me presente et vidente bibebat vinum purū sine aqua: et

a ¶ Obligabitur. vide qd scripsi de p⁹ba. qm̄. i gl. not. qd ex q vltra mediū ꝟ. ille etiā.

b ¶ L. 3. de iure itellige vt dixi. s. §. nūc videndū in prin.

c ¶ Plerūq3. rof. bñ. vbi tractat d cōfessio: ia plene pleqt in ij. col. et 3o. d bla. vbi tra. d rei vē. i fi. dicēs testes q deponunt aliquē esse dñz rei mobil: qz emit et p triēniū ptinue possedit vel imobil: qz emit et p. x. vl. xx. an. cōtinue possedit videri falsos: qz deponūt qd ipose est eos scire: aut ei de ciuili: aut de naturali possessione loquunt ciuil cōsistit i aio C. d acq. pos. nemo ābigit q anim⁹ p testē sciri vl videri ñ potuit. testis aūt deponere dz d eo q scit. C. e. ti. l. testiū q reprobādū ei⁹ dictū si dpo nit de naturali: illd idē dz ipose ē illū ptinue. x. vl. xx. an. pedib⁹ isedisse possessioni rei imobilis vl ptinue tenuisse p triē niū rē mobilē alo possidēdi. itez ex pte testis ipossibile est eū ptinue id vidisse: et sic nō diuertisse a loco. nec dormiuisse ad vtrāq3 ēt possessionē dictū eoz referri nō pt: qz naturalis ciuil sit nō pt eē ptinua pp naturalē. vt ē dcm̄. et facit. ff. de Bartu. l. seruitutes. iiij. ex qb⁹ pcludit p tales testes nec directū dñiuz p vsucapionē nec vtile p pscriptionē eē pbatū cū nō cadat i itellm ptinua possess. ad hanc cauillationez rñde p id q no. j. de pb. §. j. ad fi. ꝟ. sz qrit qr. Adde quod p testes probe possessio Alex. pse. ij. et ex. li. j.

d ¶ Corpis solo. vt statim subdit.

in tanta quantitate qd vix transibat diem sine ebrietate: qz ita soporabatur: qd nō intelligebat se ad plenum nec vti poterat rōne: valet tñ tale testimonium nō rōne prime partis in qua dixit ipm ebriosum: sz rōne scde cause: in qua sufficientem cām sui testimonij sive indicij sui reddidit. vt predixi. ¶ Idem quoqz est si sic dicit. Scio. P. iracūdum qz multo tpe steti cū eo z vidi z audiui qd de facili mouebatur z irascebatur sine iusta cā: z specialiter cū suis male rñdendo: vul tum atrocem: z qñqz palidū qñqz rubeum ostendendo: maledicendo: cōminando: percutiendo. z seipm dilacerando. hic tñ valet testimoniū nō rōne prime sed scde partis vt premissum est. z idem est in silib⁹ obseruandum. ex̄ de rescriptis inter ceteras[a].

27 ¶ † Hoc quoqz notandū est qd quedam sunt q̄ non solum ad indiciū rōnis. sed etiā testimoniū sensuū corporis trahi pñt. vt testis dicit Scio qd P. talem rem tali tpe possidebat. vel iuste possidebat. nam possessio maxime qñ adiūgit iuste aliquid iuris hz ar. in hoc qd no. extra de ꝯcel. pben. ꝑ posuit. ℌ. auditor. ad fi. hz z multū facti: vt ibidem: vñ z dictū testimoniuz sic est intelligendum possidebat. i. de facto tenebat z ei corporaliter incūbebat: qz talis est cōis intellectus hui⁹ verbi quem sequi debemus. ar. ex̄ de sponsa. ex literis. j. ex̄ de verbo. sig. intelligentia. Sed dices a simili dicendum est qd ad indiciū rōnis spectat. an. P. bene vl' male cante: z an res sit odorifera vel fetida: z sic de similib⁹. Respondeo nō est ita: qz hec tñ sensibus corporis ꝓprie apprehendi pñt licet in his scdm qd sensus magis vel minus in hoibus vigent: possit hoc vnus meli⁹ z fortius apprehendere quaz alius: z ideo magis vel minus ei credendum est in hac parte. et hoc in sensu visus manifeste apparet aliquis enim hz certiorem visum quā alter. ideoqz magis creditur ei q̄ habet certiorem de visu ad ꝓpinqua et illi qui hz longiorem de visu ad remota: vñ z in testimonio sensuū sepe ratio iuuat z adminiculū ꝓstat: quare etiā si de testimonio visus seu inspectionis agatur: magis credenduz est illi testi qui perspicacius z subtili⁹ videt quā alij.

28 ¶ † Hinc est qd in talib⁹ magis credendū est iuueni qui hz ꝑspicacem z subtilem visum quā seni: qui visum hz obtusum. puta qñ agit vel queritur vtrū mulier arcta sit vel apta ad viriles amplexus quod per mulieruz inspectionem perpenditur ac indicatur. vt extra de fri. z malefi.. fraternitatis. in prin. z. c. fi. de ꝓba. c. pe. xxvij. q. j. nec aliqua. aliqua etiam mulieres in talib⁹ expertiores z peritiores sunt alijs vñ eis magis credendū est. l. di. vt constitueretur. ibi experto crede. zc. z in tali casu sufficit qd testis dicat vidi z palpaui eā arctam: qz solo sensu corporis. s. visu et tactu hoc apprehenditur. z hoc est qd dz sepe manus vel oculus fallit obstetricū: vt in pre. cōcor. idem est scdm Inno. papam cū queritur an qs frigidus sit z impotens ad coeundū: sz tñ non videtur qd hoc de facili apprehendi possit per solam inspectioneȝ: vñ scdm quosdam z hic requiritur alia certa solēnitas: priusqz matrimoniū dissoluatur. vt extra de frigi. c. fin. sed d. m. dicit qd illa solennitas est seruā da qñ agitur de maleficio. frigiditas autem vel alia impotentia qñqz ꝑ solam inspectionem probari potest: vt ipse not. extra de frig. z male. c. j. et. c. laudabilem. super quibus auteȝ iudex interrogabit testeȝ dictum est. s. ℌ. proxi. ¶ Porro in causa inquisitionis capitula vel articuli fiunt super quibus testes examinantur: vt extra de accu. qualiter. ij. ℌ. debet. Ut auteȝ expertos vtiliter in talibus instruamus: formam inquisitorij scdm qd testis in causa inquisitionis examinentur supponamus[b].

¶ FORMA inquisitionis.

29 ¶ Quero a te an scis vel credis vl' fama est epm vel clericulum aliqueȝ ciuitatis vel dyoce. fecisse cōcessionē super quacunqz re spirituali pro pecunia vel alia re temporali data vel ꝓmissa vel recepta vel ex pacto seu cōmissa vel ret enta vel ex pacto seu cōmissa vel ret enta … nemone. j. q. ij. quam pio. extra de symo. cum in ecclesia. Item an scis vel credis vel fama est quod aliquis dederit aliquid epo pro eo qd est incontinens: vel pro eo quod hz vel habuit concubinam vel sustinuerit eā pro aliquo alio commodo temporali. extra de vi. z ho. cle. c. vt clericorum. ℌ. prelati. extra de symo. nemo. Iteȝ an scis vel credis vel fama est quod episcopus aliquid receperit et habuerit per se vel per aliam tacite vel expresse vel clericus aliquid dederit vel promiserit per se vel per interpositā personam pro beneficio ecclesiastico obtinendo: vel vt eligeretur vel precib⁹ illud contulerit. j. q. j. reperiuntur. et c. sunt nōnulli. extra de symo. ad hec. et. c. sicut. extra de eta. z quali. tuam. Item an scis vel credis vel fama est quod episcopus monuerit clericos suos super vita et honestate et diligentia in diuinis officijs et alijs: et quod delinquentes punierit: vt in pre. c. vt clericorum. respon. s. xij. dist. de his. extra de cens. romana. ℌ. sane. ij.

---

[a] ¶ Inter ceteras. hoc q̄ tēdit ꝑ singiora distinguere indiciū a testimonio. dicere q̄ ita indico vl' ita mihi vr̄ nō vz i hiis q̄ solo sensu corporis ꝑcipiunt. in illis aūt q̄ rōne mētis ꝑcipiūtur sz causata ab aliq̄ sensu corporis illo exꝑsso bñ ꝓcedit talis rō dicti i teste.

ADDE huic addi. quā scripsit Alex. ꝯsi. ix. z. xv. z cōsil. lxxiiij. li. j. z ꝯsil. xlvij. et lxxxij. li. iiij. z ꝯsil. cxlv. li. ij. Adde tu qd testis depones q̄ ad oculū itellect⁹ nisi reddat rōnē ei⁹ qd ꝑ sensuz ꝑcipit nō ꝓbat Bal. i. l. j. ff. de his q̄ i test. delen.

[b] ¶ Suppo nim⁹ inquisitionē aūt q̄ fit ipsis inq̄sitis cū ꝑticulariter in capite z in mēbris inquirit de statu ecclesie vñ. j. de inquisitiōe ℌ. nunc tractemus. sic licet aūt.

sane.lib.vj.item an scis vel credis vel fama est aliquē clericum cuiuscunq; status vel ordinis cōcubinā habere vel ei cohabitare vel eam suis expensis in domo vel extra tenere vel ad aliquā accedere vel ad se venire vel cum aliqua suspecta muliere consortium vel colloquium habere.extra de coha.cleri.⁊ mul.capi.j.ij.⁊ iij.⁊ se.C.de epi.⁊ cle.auté.episcopus.xxxij.di.p̄sbyter lxxxj.dist.legitur. item an scis vel credis vel fama est aliquē eoꝝ aleatorē esse.extra de vi.⁊ ho.cleri.clerici.extra ne cleri.vel mo.c.j.C.de epis.⁊ cler.autē. interdicimus vel blasphemū.extra de cle.male.c.ij.xxv.di.§.alias ea demum.in fin.⁊.c.se.xxj.dist.denīq;.xxiiij.q.iij.si igitur.⁊.c.se.vel vsurarium.xlvij.dist.non licet.⁊ c.se.extra de vsuris.preterea.vel coniuratorem seu cōspiratorem.xj.q.j.cōiurationum.⁊.c.se.extra de re iudi.cum .J.et.A.de indic.exhibita.vel alienatorem rei ecclesiastice.xij.q.ij.monemus.⁊ tribus.c.seq.extra de reb.eccle.alie.vel non:si quis presbyterorū vel obligatorem.extra de pig.c.j.⁊.iij.C.de episc.⁊ cle.sancimus.j.in prin.vel male administratorem vel res ecclesiasticas dilapidantem ⁊ consumentē vel male dispensantē.xxviij.di.de syracusane.extra de symo lz hely.iij.q.ij.quia ea.extra de accu.c.fi.extra de of.dele.venerabilis.item an scis vel credis vel fama est qd sacrista vel thesaurarius vel custos vasa vel vestimenta et alias res vel ornamenta ecclesie: puta libros vel alia diuino cultui dedicata bene saluauerit. ⁊ si aliqua de mobilibus diminuta sunt:⁊ per quem ⁊ quare ⁊ quādo et qualiter.extra de offi.sacri.c.vnico.⁊ de offi.custo.c.vnico.xxv.dist.perlectis.in fi.⁊ de offi.archi.ea que.xij.questio.ij.alienationes:⁊ sic quere super singulis officijs de his que ad quemlibet eorum noueris pertinere qd dic:vt in pre.c.perlectis.⁊.xxj.di.clericos. et extra in ti.de officijs:item an scis vel credis vel fama est quod officia diuina deuote horis competētibus ⁊ solenniter celebrentur.⁊ an in singulis ecclesijs mos ecclesie dyocesane vel metropolitane in diuinis seruetur.extra de ce.mis.c.j.⁊ dolentes.xij.di.de his.⁊ de cōse.di.ij.institutū.⁊ an intersunt exequijs mortuorū:⁊ an tenent ecclesias vel cimiteria vel eucharistiā vel reliquias ⁊ alia huiusmodi munde ⁊ caute.extra eodez cum creatura.Respon.j.⁊.c.sane.⁊ de custodi.eucharisti.c.j.⁊.ij.⁊ qualiter baptizant vel penitentias iniungunt:⁊ an ad hec facienda promptissimi vel negligentes et an aliqui ob hoc sine penitētia vel baptismo decesserint.extra de baptis.c.j.de conse.dist.iiij.de cathecummis. ⁊ ca.nē quod absit.extra de penit.⁊ re. ca.fi.xxvj.q.vj.si qs p̄sbyter.⁊.c.se. itē an scis vel credis vel fama est aliquē esse in ciuitate vel dyo.hereticum vel suspectum de heresi vel cōuenticulas per tales fieri:vel an scis domum vel predium vel antrum:vel locū vbi conueniant vel an scis vel credis vel fama est aliquez esse receptorem vel fautorē vel credentē vel defensorē vel laudatorem vel vice eorū ministrantē eis quo ad b victum vel vestimentum:⁊ alia necessaria.extra de hereti.excōicamus.j.§.credētes.⁊.c.si aduersus.⁊.c.seq.in prin.C.de sum.tri.l.ij.⁊.l.iij.C.de epis.⁊ cler.conuenticulam.xxx.dist.si quis ex.⁊.c.seq.C.de here.cuncti.⁊ l.arriani.⁊.l.seq.⁊ aut.credentes.xxxvj. q.vj.eps in synodo.¶ Item an episcopi ⁊ clerici sint assidui in offi- 1 cijs:⁊ an surgunt ad matutinas horis competētibus ⁊ an intrēt chorum honeste cum cappis vel sine cappis cum suppelicijs vel sine:si dormiant in communi dormitorio:⁊ comedunt in communi mensa: si acceperunt aliqua de possessionibus ipsius ecclesie autoritate propria si episcopi vel capituli negligētia aliqua de possessionibus ipsius ecclesie sunt alienata . extra de vita ⁊ hone.cleri.quoniam.cum suis concor.Item an scis vel fama est aliquos esse:symoniacos periuros dilapidatores.extra de symo. licet . de re iudic.cum.J.⁊.A. Item queratur de singulis in quibus cōsistit honestas clericorum que dic: vt extra ne cleric.vel mona.c.j.xxiij.di.his igitur: ⁊ dixi in repertorio.in tit.de vita ⁊ hone.cleri.⁊ de alijs sicut inquisitoris diligētia viderit expedire. vcz: an aliqui sint adulteri vel incestuose coniuncti ⁊ sic de similibus.iij. q.v.consanguineorum.xxv.q.ij.c.ij.⁊.iij.⁊.vj.q.j.in 30 fames.¶ † Ex premissis ergo ptz cuz inquiritur de statu ecclesie: ⁊ tam de capite quam de membris iurant testes super omnibus his que sciunt: vel credunt in sua ecclesia reformāda tam in capite quam in mēbris exceptis occultis criminibus merā et purā dicere veritatē:vt extra de accusa. a qualiter.j.§.fi.ª⁊.c.cum dilecti.adde siue fuerit interrogatus siue nō: addunt etiā quidā qd non reuelabunt dictū suū alicui donec testes fuerint publicati:vt. j. §. sequitur. ¶ Est et alia forma que nō seruatur scz quod non respondebunt veritatem ad inquisita:vt in pre.c.cuz dilecti:sed hoc potest prestari ab eo contra quē inquiritur precedens vero a testibus. Quidam autē vt oēm fraudē excludant vtrunq; iuramentū faciunt prestari tam ab his contra quos inquiritur quā a testibus:de hoc vide. j. §. sequitur vbi aūt inquisitio fit super certo crimine non debent testes deponere de occultis vel manifestis nisi de his solū de quibus facta est copia infamato:vt eod.ti.qualiter.ij.§. debet.

> a ¶ .§.pe. ⁊ ibi in fi. scripsi qd lz nō debeāt occulta crimia reuelare occultas tn̄ circūstātias manifestoꝝ criminū reuelare tenent̄.

De attestationuz publicatione.

Atis vtiliter ⁊ compēdiose docuimus qualiter sint testes examinandi.nunc autē dicamus qualiter examinati sint publicādi b. Et quidē testibus productis examinatis partes debent renuntiare testium productioni . Caute tn̄ vt.j.§.fi.quo facto postulent attestationes publicari: vel saltem pars producēs id petat.⁊ hoc redigat in actis.† Iudex igitur volens attestationes publicare vocabit partes:q: eis non vocatis non debet aperire vel publicare.extra de re iudi.cū.J.⁊.A.ff. de mi re.in cause.§.j.ff.ad.l.iul.de adult. si no.

> b Satis vtiliter publicādi: tā. fecit rubricā de testiū publicatiōe ⁊ reprobatiōe cui⁹ uba multū ampliat autor ⁊ scōz eā prosequitur j.§.ij.

postulauerit.§.de questiõe. maxime ea contra quã sunt producti que forte immo sine forte in aperitione volet aliquid protestari: vt extra de testibus.presentiũ.et infra.§.proximo. in principi. eis ergo presentibus vel per contumaciã absentibus: qr forte tũc habent pro presentibus: vt extra de testi.in nõie ⁊.C.de iudi. ꝓperãdũ.§.cũ aũt.extra de do.⁊ ꝯtu. veritatis in fin.⁊ de eo qui mi.in pos.causa rei ser.eum qui.precipiet notario q̄ legat corã se:⁊ corã partib⁹ publice in iudicio dicta testiũ in tali causa receptorum: vel ipsemet legat [a]: ⁊ si sunt multe attestationes vel prolixe, sufficit vnaꝫ pro oĩbus legere [b]: quo facto dicat iudex he sunt tales attestatiões habeatis eas pro publicatis vel eas publico: et hoc totum redigatur in actis. ¶ † Publicatio autem ista fiet [2] betur. FORMA. lecte et publicate sunt he attestationes corã tali iudice vtraq; parte presente ⁊ testiũ productioni renũtiante: hoc aũt verũ est nisi aliqua partiũ aliquid rationabile proposuerit quare non debeãt publicari puta quia non fuit facta legitime remissio ab his quibus cõmissa fuit testiũ examinatio. vel huiusmodi. ¶ Hoc etiã no. q̄ postq̄ renuntiatum, est testiũ productioni vel cõclusum in causa non possint alij testes induci: q̄d dic: vt.j.§.si.iteꝫ nõ sunt testes inducẽdi postq̄ sufficiẽs productio facta est: vt.s̄.e.§.qualiter auteꝫ. ver.quarta ⁊ se.nec postq̄ dilatio lapsa est: vt in.e.§. ¶ † Nec etiã attestationibus publicatis super eisdẽ articulis sunt producẽdi regulariter: vt [3] e.tit.intimauit.⁊.c.fraternitatis: hoc tñ fallit in casibus. ¶ Prim⁹ si inter alias personas agatur: vt extra.e. cõstitutus.⁊.c.presentata. ¶ Quid si a sententia lata inter me ⁊ te: tertia persona appellat vel contradicit executioni: vt extra de re iudi.cum super.nunquid post illa testes in causa appellationis super antiquis articulis producere poterit.ar.q̄d sic.extra.eo. veniens.ij.extra de prebẽ. dilecto. in fi. extra de fi.instru.inter.§.instru.quoq;.in pre.c.cum super. [c] Uin.dicit [d] q̄ nõ: si pñs fuit in priori iudicio et tacuit nec sibi negata fuit licẽtia de suo iure docendi.ff.de re iudi.sepe.extra e.ꝯquis. secus si ignorauit cãm ad se spectantẽ agi.arg.ff.de accus.si cui.§. hisdẽ.extra de accus.de his. ¶ Secundus si sit diuersus modus agẽdi: vt extra.c.veniẽs.ij.⁊.c.cũ in tua. ¶ Tertius si sit nouus articulus diuersus pendens ex veteri.eo.ti.fraternitatis q̄d dic: vt no.eo.ti.tam literis ꝟm papam. ¶ Quartus si prime attestationes sunt amisse: vt.j.versic. sed quid. ¶ Quintus si mutatur iudiciũ: et id velit is contra quẽ producũtur.extra e.presentata.C.e.l.fi. ¶ Sextus si obscure ⁊ confuse deposuerunt. e.ti.cuꝫ clamor. [e] ¶ † Quid ergo si peto post [4] publicationẽ testẽ interrogari.respõdeo videt̃ fieri debere.ff.de questi.repeti.ar.cõtra.ff.e.produci.dic de iure non debere fieri parte pñte: sed de cõsuetudine: et etiã ad postulationẽ iudicis sic: ⁊ tunc non vt addat: sed vt iã dictoꝝ rõnẽ dicat ꝟm Alber.gal. [f] de hoc no.in autẽ.eo.§.qr vero. ⁊.§. nũc videndũ. ¶ † Sed nunquid ante pu [5] blicationẽ pñt ijdẽ testes sepe induci. ar.q̄ sic: extra eo cõstitutus.ij.in fi.c. cũ cãm. ar. tñ q̄d sit in optione rei an velit eundeꝫ testem denuo recipi. an ex predictis attestationibus procedi eo.ti.presentata.C.e.l.fi.§.si aũt.⁊ hoc puto vt nũq̄ idem testis denuo possit nisi ex causa induci: vt si forte preſſit nisi ex causa induci: vt si forte primo non fuit de oĩbus recordatus: immo non fuit de oĩbus recordatus: in autẽ.eo.§.qñ vero multi colla. vij.ff. de q̄õ.repeti.vel si non fuit plene examinatus: vt in pred.c.cum clamor.⁊ c.per tuas.alias tanq̄ suspectus repellitur.iiij.q.iij.ver.produci. ¶ Septimus si testis synodalis deposuit coram capitulo deponat iterum coram delegato.extra de testi.eo.preterea. ¶ Octauus si examinator neglexerit interrogare super aliquibus articulis sibi datis: vt.s̄.§.nunc videndum in fi. ¶ Nonus in causa matrimoniali scd̃m quosdam indistincte. e.ti.series: ⁊.j.ver.in causa. ¶ X. si detur in integrũ restitutio: vt iterũ producant de quo dic.vt.j.de resti. in integ.§.vlti.ver.quid si in causa. ¶ XI.in absentia probãda.extra de testi.ex tenore.in fi. ¶ XII.in causa appellationis.extra de fi.instr.cũ Jo.⁊ no.C.de excep.exceptionẽ.in autẽ.ibi posita. ¶ XIII.i crimine.falsi eꝝ de testi.sicut.⁊ de pba.lꝫ.⁊.j.§.pr. ¶ XIIII..in adiectione pro valore ⁊ deceptiõe extra de testi.cũ cãm. ¶ XV.si nõdũ didicit de testificata quãuis fuerint publicata vt iam dicam. ¶ XVI.scd̃m quosdã si iudex indiscrete publicauit: ⁊ sic intellige extra.e. series. quia hoc debet [6] volenti ꝓducere ꝑiudicare. ¶ † XVII. si testes sunt recepti ad eternã rei memoriã ⁊ publicati scd̃m formã traditam.extra de testi.significauit: nam tunc solum recipiuntur ad defensionem: et non ad actionem: vt no.ibi.⁊ scd̃m papam eo.tit. Albericus.⁊ probatur iste casus.eodem.titu.veniens.ij.prope fi.maxime si nullus fuit tũc vocatus ad videndum iurare testes: nec aliqua solennitas adhibita: vt in pre.c.significauit.⁊ eo.titu.in nomine

[a] ¶ Ipsemet legat de scd̃ seruat̃ q̄d legit aliq̄d de vna attestatione in pñncip.⁊ de vna i pcessu ⁊ d̄ vna i fi.sine hoc tñ satis est iudicẽ ꝓnũtiare illas ꝓ publicat̃ haberi ⁊ tũc nõ dicent̃ lecte ⁊c.sꝫ dicetur q̄ iudex ꝓnũtiauit ꝑ tib⁹ pñtib⁹ attestatiões ꝑ aptis ⁊ publicatis haberi ⁊ decreuit ipsaꝝ copiã partib⁹ fieri.

[b] ¶ Oĩb⁹ legere ⁊ dicebat egi.sic seruari bonoñ.

[c] ¶ Cũ sup.vt de q̄ ibidẽ posit imo.in glo.magna ante mediũ ver. ⁊ si publicate.

[d] ¶ Uin.dicit in ḡ.c. veniẽs.

[e] ¶ Clamor. adde tu an testis declarãdo dictuꝫ suũ debeat hoc facer̃ cũ nouo iuramẽto.itẽ an hec debeat fieri vocatis seu citatis ꝑ tib⁹ vid̄ bal. ſ. l. heredes palã.§.sed si notaꝫ.ff. de testamen.

[f] ¶ Albe.gal. e.ti.ꝟ. sꝫ pone volo. et cxy.co.li.

ne. & sic obtinuit: aliqui dixerunt esse tunc in opinione eius contra quē producti sunt an velit primis attestationibus stare an velit testes vbi viuūt iterum examinari: vt eo. titu. presentata. & c. veniens. ij. & C. eo. l. fi. qđ nō placet q2 ad aliud tunc fuerant inducti: & nunc ad aliud. vt premisi. extra eo. cum causam que. & extra iudicium & forte iter alias personas: vt in pre. c. veniens. extra de fide instru. inter. §. instrumentum quoq3. & .s. dixi argu. tamen contra predicta. s. §. nunc tractemus. prope finem. ibi sed certe hoc de publicatione autem que fit ad eternā rei memoriā. no. j. de edi. istrumen. §. ostensio ver. & quoniam & seq. & §. vt aūt. & ver. sine scriptura. ¶ xviij. si princeps id expresse per rescriptum suum concedit: vt. j. de in integ. resti. §. viti. ver. quid si in causa. ¶ xix. q2 publicatis testibus possum testes reprobatorios producere in auten. eo. titu. §. si vero. j. §. prori. ¶ xx. in causa inquisitionis. sic intelligunt quidā. extra eo. cum clamor. dic vt ibi no. secundum papam [a]. de hoc. j. de inquisitione. §. nunc tractemus. ver. s3 nūquid. ¶ xxj. quia publicatis attestationibus potest exceptio peremptoria proponi & probari: vt. s. §. qualiter autem. versi. sed opponit. ¶ † Illud autem notandum est quod quatuor modis potest dici nouus articulus. ¶ Primo si in causa principali petij a te equum: in causa vero appellationis peto bouem. & super hoc volo testes producere: & tunc nō sum audiendus: q2 hic articulus est penitus alienus & separatus a primo: vt no. in pre. c. cum Jo. & extra de testibus fraternitatis. ¶ Secundo si quis super re litigiosa priuilegium impetrat: super quo similiter nullus audiatur: q2 non v3 priuilegiū tale. vt eo. titu. cām que: & extra. vt lit. pendē. c. fi. ¶ Tertio vt si egi contra te qui succidisti arbores meas ex. l. xij. ta. de arboribus succis. siue ex. l. aquil. & post in cā ap. velim agere interdicto qđ vi aut clam. nouus est articulus. q2 ab eodē dependet. ff. de iureiur. duobus §. colon⁹. vel si primo egi locati pro arboribus incis. nūc propono arborum furtim cesarum. ff. loc. si merces. vel si egi primo furti pro rapina: in cā possessionis possum proponere vi bonorum raptorū: q2 est cōiūcta prime. ff. vi bono. rapto. l. j. in prin. xiiij. q. v. penale. Sed hoc qđ in pre. decre. dr̄ nō h3 hic locū. s. qđ testes noui vel antiqui recipiant. q2 postq3 actū fuit vna via: altera excludit: vt. ff. de trib. qđ in herede §. eligere. qđ dic vt. j. in ti. de ac. seu pet. §. j. v. si vero plures. ¶ Quarto dr̄ nouus articulus. s. de nouo propositus: prius tñ cōpetebat: sed oritur ex veteribus: & de tali loquitur pre. c. fraternitatis ille aūt articulus qñq3 proponit a reo & qñq3 ab actore: a reo proponitur in cā ap. verbi gratia. agis contra me: vt tradā qđ tibi vēdidi: excipio qđ nō teneor: q2 de pretio nō satisfecisti: cōdēnor: appello: in cā ap. occurrit articulus vetus hic. s. non tradere assero tñ quoddā nouum. s. qđ nō pure sed cōditionaliter vendidi: nec cōditio est completa: vt in pre. c. cū Jo. circa prin. vel si vis facere quartā productionem testium iudex te non admitteret: appellas ego appellatus propono nouū casum dependentē ex veteri. s. qđ non debent testes recipi: et qđ ideo nō fuit quarta productio admissa: vt effrenata testiū multitudo vitaretur: vt extra de testi. significauerunt. vel sic tutor datus se excusat dicens se gerere tres tutelas quare excusatur a quarta. cōdemnatur: appellat in causa ap. ad excusationem asserit nouum. s. se gerere vnam tutelam ita negotiosam & diffusam vt loco triū habeat. ff. de excu. tut. tria. j. & ij. & l. si is qui tres. §. eum qui. ¶ Vel sic: agis contra me dicens qđ in minori etate mihi prediū vēdidisti sine decreto: ideoq3 non valere. Ego dicebā a maiore factam: demū condemnatus in causa ap. dico a te maiore ratam habitam: vt. C. si maior fac. ra. ha. l. fi. ¶ † Ceterū ab actore proponitur nouus articulus dependēs ex veteri. vt puta verbi gratia: obligasti mihi digestū pro. c. q̄ tibi mutuaui: secūdo obligasti illud Titio. tertio nouasti mihi obligationē: ego ex illa nouatione petij illud pign⁹: opponit se secūdus creditor dicēs qđ sibi prius fuit obligatum quam nouatio huiusmodi facta esset: succumbo: & appello: in causa ap. propono articulum qui tñ prius competierat dicens qđ debeo potior esse: q2 mihi prius pignus fuerat obligatum. & sup hoc possum nouos testes [b] producere vel antiquos scđm presentē decre. fraternitatis. hec probantur. ff. qui po. in pig. ha. l. ij. in prin. ¶ Vel sic agebatur contra te & tu condemnaris. iudex tamē omittit condemnationem expensarum: q2 illa non petij: appellas a sententia in causa ap. peto expensas: ecce nou⁹ articulus qui primo competebat dependens ex prioribus. C. quando prouo. non est ne. l. fi. ¶ Vel sic. aliqua ecclesia petit decimas a templarijs: qui opponunt priuilegiū de non dandis decimis ecclesia succumbit: & in causa ap. proponit qđ priuilegium nō obstat: q2 tāto tpe decimas perceperit qđ iam contra priuilegiū est prescriptū: & super hoc

[a] ¶ Scđm papā. & ibi satis scripsi post eum & hostien. i glo. apō iudicem.

[b] ¶ Nouos testes. adde an post publicationem potero probare de prioritate tpis: puta meam donationē alterā precessisse bar. in. l. j. circa fi. vers. quero. C. de iure fi. lib. x. dicit q2 sic nisi prius fuisset articulatum de tempore.

nouo articulo probando qd prius co petebat et dependebat etiam ex anti quis.testes admittunt in ca app.extra de priui.accedentibus. ¶ Et breuiter no.qd cu testes petunt recipi iterato: aut hoc petit in ca ap.aut in ca principali: si in ca ap.aut est renuntiatum testib in principali vel attestationes publicate: q paria sunt: vt extra eo.cu venissent.§.qones aut non: si est renuntiatu vel sunt publicate: tunc super nouis dumtaxat articulis deponentibus ex prioribus psit noui et antiqui pduci: dummodo deponant iurati: vt in pre.c.fraternitatis.de hoc in aut.e.ti.§.qz.ver.sepe. Si vero no est renuntiatu: nec attestationes sunt publicate: tunc psit admitti in ca ap.tam sup nouo articulo: qua sup pncipali vt in eo.c.ad si.a 2o leni. Si aute hoc petit in ca principali.aut agitur super vna re.aut sup pluribus: si sup vna.et est renuntiatu vel attestatioes publicate nequeunt vlterius pduci qd veru est: nisi in casibus positis ¶. nec etia. Si vero sup pluribus: si sit super vna renuntiatu.nihilominus recipient in alia: et illi et alij: vt in pre.c. cu venissent.in si. ¶ Quod aute dixi qd publicatis attestationibus testes no publicant.intellige si iam testificata partes didicerut.vt.e.ti.venies. ij.§.pars aut.siue quis didicerit dicta suo2.siue aduersarij.vt no.in aut.eo. §.qz vero in glo.vnam etc.et scdm papam[a].extra.eo.vltra. ¶ Quid si publicate sunt attestationes: nondu tn altera pars testificata didicit: dic qd adhuc potest producere nisi renuntiauerit testium pductioni.lz etia altera pars didicerit et in aut.eo.§.qz vero multi.ar.in pre.§.pars aut.et.c.constitutis.ij.vbi de hoc[b].audiui tn dominu3.Clementem in relatione cuiusdam negotij contrariu asserentem.arg. extra eo.titu.cam que.et.c.cum venisset.qz sufficit ita scriptu esse.ff.qui.et a qui.ma.li.no si.psperit.vj.q.iij.scriptu est.et ide videt sentire.d.m.i sum. eo.ti.§.et vltu.ver.dicas igitur prius tamen dictu verius videtur. qz tunc cessat ca phibitionis.ad hoc.j.§.fin. ver.quid si renuntians. ¶ In causa autem matrimoniali disputant doctores: an publicatis attestationibus possint testes induci: vt no.iiij.q.iij. ver.si testibus.extra eo.ti.series.et.c. ex tenore.et de proba.iurauit.et seruamus qd super eisdem capitulis non admittantur.in alijs autem causis super nouis capitulis pendentibus ex veteribus possunt: sed no sup eisdem vt eo.titu.fraternitatis.vbi de hoc.et.c.causam que.et hoc tam in eodem iudicio quam etiaz in causa ap. vt ibi.et.C.de tempo.ap.per hanc.que prosequere plenius: in pre.concor.[c] ¶ Quid si reo audiente testes actoris vel econtra deponunt qd fieri pot scdm quosdam: vt.j.§.nunc tractandum.in prin.nuqd reus poterit adhuc pducere testes.dixit Baga.[d] qd sic arg.in aut.de testib.§.qz vero ar. contra.extra eo.fraternitatis.et.c.vlt. et in pre.§.qz vero.hoc et.c.veniens.ij.et in pre.§.qz vero.hoc t.c.veniens.ij.et no.ij.q.j.in omis. vltimum tz Jo.vt no.ij.q.j.in omis. ¶ Sed quid si testibus[e] publicatis perduntur attestationes: dicut quidam hoc casu iterum posse testes pduci: vt extra de proba.c.si.alij dicut q aut perduntur apud iudice vel notarium vel alia publicam personam et tunc ipse resarciet totum damnum cause et punief.C.de app.ne cas.C.de testi.si qs.aut apud eum p que producuntur: et tunc ille resarciet expensas et iterum publicanf.ff.de mossic. te.nihil.§.si.et.ff.si omis.ca test.quid aut.§.non simplr.aut apud eum per que pducuntur: et tunc ille sibi imputet qz reus absoluet.nec ipse amplius testes pducet alioquin daretur ei occasio negandi.ergo iccdi se perdidisse: vt iterum alios posset inducere subornatos: qd esse no dz.ff.de iureiura. ait pro.§.j.ff.de edendo.l.j.§.editione extra de testi.constitutus.vbi dz q si archidyaconus habuit test ca apd se sit illis ptentus si eu probauerit se acta iudicij casu sine culpa perdidisse ei succurritur.ff.de edendo.si qs ex argentarijs.§.si.et.l.si.extra de priui. cu olim.j.videt th qd in primo casu sez cum per iudice perdunt qd possit iteru pducere qz periculosuz est litigare cu iudice et difficile pbare interesse vel qd saltem restituat ex generali clausula si qua iusta ca.etc. vel aliqua speciali. ¶ Sed si testes mortui sunt et tuc iudex soluat interesse. ¶ Sed quo pbabit danu seu interesse.rn.sacramento pducentis.ff.qd vi aut clam.l.semper.§.hoc.C. vnde vi. si qs extra qd me.ca.c.si.et no.extra de so.cope.dilecti.et.j.de fruc.e interes.§. sequitur.et.j.de editio.instru.§.restat versicu.illud quoqz.

De rubricis.

